



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Thronus Dei Maria Deipara

Spinelli, Pietro Antonio

Coloniæ Agrippinæ, 1696

S. Maria à Carmelo 16. Iulii, ibidem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46853](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46853)

Tract. de
miraculis.

runt, atque admirabilem ejus opem, quemadmodum in Tractatu de Miraculis allatis historiis ostendimus, experti sapissime fuerint. Verum reliquis omissis, id tantum afferam in præsentia, quod de ejusmodi imagine scribit Vincentius Beluacensis, qui ante 400. circiter annos floruit, in Speculo historiali libro 23. capite 147. ubi, cum ageret de Saracenis tempore Leonis II. Imperatoris, magna cum eorum cæde profligatis: Apud Constantinopolim, inquit in Monasterio sanctæ Dei Genitricis juxta palatium in mari prope sanctam Sophiam, erat Imago beatae Mariæ, quæ tenebat infantem in brachio, quam depinxit in tabula sanctus Lucas, cum adhuc viveret sancta Maria: hæc imago vocatur Odigitria, id est deductrix, quia duobus cæcis apparuit sancta Maria, & deduxit eos ad suam Ecclesiam, & illuminavit eos, cum ista imagine faciunt processionem omni die MARTIS per totam Civitatem. Hæc ille, additque cum ejusmodi Imago per Urbem circumfertetur, Saracenos male perisse, eandem historiam ex Vincentio refert S. Antoninus tom. 2. hist. ut. 14. c. 2. § 3.

Duobus
cæcis B. V.
apparuit,
illosq; illu-
minavit.

Per imagi-
nem Dei-
para Saraceni debel-
lari.

Imaginis
Deiparae à
Constanti-
nop. exem-
plar præ-
clarissimū.

beria
mā.

ber.

S. Maria
Angelorū
solemnitas
per S. Fran-
ciscum de
Assisio pro-
mulgata.

**S. MARIA ANGELORVM, SEV
de Portiuncula die secunda
Augusti.**

IN religiosissimo Minorum Ordine sanctæ Mariæ Angelorum, seu de Portiuncula die 2. Augusti festum soleone celebratur, propter amplissimam indulgentiam, quam S. Franciscus à Christo Domino Deipara deprecante, cum suis peccata sua rite confessis, Templumque S. Mariæ Angelorum Assisii

ea die inviventibus impetravit; quod in libro Conformitatum S. Francisci conform. 2. & in Chronicis Minorum part. 1. l. 2. cap. 1. fufius describitur.

**S. MARIA A CARMELO
16. die Julii.**

Celebris est solemnitas B. Virginis à Carmelo, quæ die 16. Julii ingenti fidelium pietate celebratur, in ejusq; honorem feriam quartam cujuscumq; hebdomadæ peculiariter dicatam colunt complures, eaque die à carnibus sponte abinent.

S. Maria à
Carmelo.

**COMMEMORATIO S. MARIÆ
de Victoria die 7. Octobris, & Festum
Rosarii Dominica 1. Octobris,**

S. Mariæ de Victoria commemorationem Pius V. Pontifex Maximus ob insignem de Turcis anno 1571. Deiparæ auxilio ad Echindaspartam victoriam quotannis fieri instituit die septimo Octobris, ut videre est in Martyrologio Romano ad eundem diem. Verum quia eo anno septima dies Octobris in primam ejusdem mensis Dominicam incidit, quo tempore sollemnis Sodalitatis Rosarii supplicatio fiebat Gregorius XIII. Pont. Max. Pij V. successor, hanc solemnitatem sub nomenclatione Rosarii Dominica 1. Octobr. in Ecclesia, ubi altare vel capella Rosarii fuerit, tanquam festum solemne sub duplici majori officio decadem Virgine Deipara celebrari iussit, quemadmodum c. 10. diximus.

Commem.
S. Maria de
Victoria à
Pio V. insti-
tuta.

FESTVM DOLORVM DEIPARÆ.

Festum dolorum Deiparæ, quos cum puerum Jesum siseret in Templo, Simeon ei vaticinatus est à Cisterciensibus, quemadmodum ex eorum Breviario colligitur die 16. Aprilis, ab aliis vero plurimis in locis, præsertim in Atrebatensi diocesi feria sexta ante Dominicam Palmarum solemnè celebratur. In ejusmodi Virginis Dolorum memoriam apud Trajectensem diocesem in D. Ægidii, ubi Canonicorum Collegium erat, Societas quædam erecta est; quo in loco cõplura signa, ægrotis reddita valetudine, mortuis ad vitam revocatis, divinitus sunt exhibitæ; quæ admodum

Dolorum
B. Virginis
solemnitas
Luc. 1.
Breviariū
Roman.

Liber de
societate in
memoria